



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCCLXXIX. Markgraf Woldemar schenkt dem Erzbischofe Burchard von
Magdeburg die Grafschaft Friedeberg, am 23. Oktober 1316.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

to na Godes Bort duſent jar druhundert jar in deme feſtegheden jare, des Sundaghes vor dher Hemeluart.

Nach dem Originale des K. Geh. Kab.-Archives. Foerſer, Alteſte Urf. Deutſch. Sprache S. 118. Nr. 43, hat „Hemeluart“ ſtir Aſſumtio Mariae genommen und die Urkunde vom 8. Auguſt datirt.

CCCCLXXIX. Markgraf Woldemar ſchenkt dem Erzbifchofe Burchard von Magdeburg die Graſſchaft Friedeberg, am 23. Oktober 1316.

Nouerint vniuerſi, ad quorum audientiam peruenerit preſens ſcriptum, Quod nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Luſacie marchio, dedimus et per preſentes literas donamus venerabili in Criſto patri ac domino noſtro, Domino Borchardo, ſancte Magdeburgensis Eccleſie Archiepiſcopo eiusque ſucceſſoribus, nec non Eccleſie ipſi, proprietatem Comecie Vredeberg cum vniuerſis honoribus et Juribus, ſicut eandem diſciſimus poſſediſſe, Renunciantes eidem ſollempniter quoad nos, heredes noſtros, nec non quoad quolibet noſtri domini ſucceſſores omnique Juri, quod nobis aut noſtris ſucceſſoribus poſſet competere ad eam ex cauſa licet quacumque, Mittentesque predictum patrem et dominum noſtrum, dominum Borchardum, ſuo ſucceſſorumque ejus et Eccleſie ſue predictae nomine, in quaſi poſſeſſionem proprietatis, honorum et jurium Comecie predictae ſollempni conſueta et debita litteras per preſentes. Et ne predictae noſtre donationis contractus, rite per nos habitus, poſſit a quoquam ſubverti, preſentem litteram inde confici fecimus et ſigilli noſtri munimine roborari. Teſtes quoque huius rei ſunt, Reuerendus in Criſto pater dominus Johannes Brandenburgensis eccleſie epiſcopus, nobiles viri Guntherus de keuerenberg et Heinrichus de Luchoue Comites, Bartholdus Schenko, Droyſeko, Hermannus de Wederden dictus peper, Borchardus de Berthenſleue, Heinrichus de Cracowe, Heinrichus de Rochow, Arnoldus Sak, Gherardus de kerkowe, noſtri milites, Sloteko, Segerus prepoſitus in Stendal, Euerhardus prepoſitus in Stolpa, et Hermannus de Luchoue noſtre curie Capellani cum aliis pluribus fidedignis. Actum et Datum Tangermunde, in noſtra et predictorum fidelium noſtrorum preſentia, Anno domini Milleſimo trecentefimo ſexto decimo, Die beati Seuerini Epiſcopi et Confelloris.

Nach dem Originale im K. Provinzial-Archive in Magdeburg. Ungenaue Abdrücke in Lünig's Spicileg. ecclef. Cont. I, App. p. 36. Buchholz's Geſch. d. Churm. Thl. V, S. 11. und Gercken's Cod. I, 57, 58. Ueber die Graſſchaft Friedeberg ſind neuerdings von Wiggert in den Thüringisch-Sächſ. Mittheil. VI, IV, S. 160-161 intereſſante Notizen geliefert.